

163
PROPITIO NUMINE

A
SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO

DN. WILHELMO
ERNESTO,

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ ac MON-
TIUM, ANGRÆ & WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ,
MARCHIONE MISNIÆ, COMITE PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBER-
GICO, COMITE IN MARCA ET RAVENSBERG,
DOMINO IN RAVENSTEIN,

VIRO

ILLUSTRI AC EXCELLENTISSIMO

DOMINO

LUDOVICO HEN-
RICO *Hendenreich* /

Jcto celeberrimo, Ser^{mi} Ducis Brunsvic. & Luneb. haete-
nus in Aula Guelphicâ Consiliario Aulico
meritissimo

MUNUS

Consiliarii Intimi & Vice-Cancellarii in Aula Vinariensi

ANNO M DCC VIII.

Collatum

*Debito officio, pioque applausu prosequi voluit,
debuit*

Christophorus Jacobus *Blum* /

Seren. Ducis Saxo-Vinar. Consil. Eccles. & Past. Sen.
Catharin. Brunsvic.

BRUNSVIGÆ,
Literis HENRICI KESLERI

...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest



...nomen abest... res dispositio... nomen abest
...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest

...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest

...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest

...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest

...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest

...genum casus totius subterit
...semper duos passionis in soler
...nomen abest nec est celestis cur parentis
...res dispositio pro... nomen abest
...dispositio... res dispositio... nomen abest

A

LEON HENRICI KESLER



At, n
T
Est n
I
Præ
C
Seu
M
Sive
C
Den
S
Cur
M
Scili
M
Hau
A
Jaco
L
Sed
V
Lud
A
Sic i
P
Ergo
P



I vaga terrigenum casus fortuna gubernat,
Qvæ semper dubiis passibus ire solet;
Numen abest, nec erit cœlestis cura Parentis
Qvæ res disponat provida, Numen abest.
Qvod si Numen abest, falsis quid credula verbis
Turba fidem præbet? nam vaga falsa fides.
At, nec Numen abest, sed adest: nec fortis iniquæ
Terrigenum casus nutibus ire putes;
Est nec falsa, ast vera fides; nam cura Supremi
Patris in humanis provida rebus agit.
Prævidet Omnipotens quævis, provisâ gubernat,
Omnia dispositis legibus ire jubet.
Seu quis mendaci versutas pectore fraudes
Nectat, Divino subjacet imperio;
Sive quis hostili furibundus pectore flammâs
Concipiat, pectus pectoris Autor habet.
Denique terrigenos contra contraque Supremum
Si quis agit, detegit ipse DEus.
Cur non Heva latet, cur non absconditur Adam?
Nam tegmen culpæ quærit uterque suæ;
Scilicet abstrusos inqvirens corde recessus
Novit, & istorum crimina nota facit.
Haud quoque Germane percusso Fratre Cainus
Arte scelus nulla dissimulare potest.
Jacobi soboles annosum fraude parentem
Ludit mentito sangvinis interitu,
Sed mala stultorum tandem mendacia prodit
Veri Patronus, verus & ipse DEus.
Ludere mortales immortalemque putabas
Anania, at Genio luderis ipse tuo.
Sic injustitias observantissimus æqui
Prævidet, observat, vindicat, annihilat.
Ergone pravorum fastus & crimina tantum
Prava coërcendo prævidet Omnipotens?

At quoque justorum corpus vitamque piorum
Commendata sibi providus Auctor habet,
Esto: fidelis Abel terrenis pellitur oris,
Supremis nemo sed pepulisse potest;
Josephus mundi laqueis hinc inde petitus
Concidit, ærumnis omnibus eruitur.
Jesidæ mundi, Satanæ, carnisque furores
Tentabant omnes unius interitum;
An cesit? contra potius fortissimus ivit,
Infirmo vires addidit Omnipotens.
Numine sic fieri passim, quæcunque geruntur,
In mundo, hoc ipsum nunc, HEDERICE, probas.
GVELPHICA Te pridem promoverat Aula Ministrum,
Consiliis gravibus quando adhibendus eras.
Hanc spartam ornasti; nunc Te VINARIA rursus
AULA vocat, nutu Principis atque DEI.
Altius asurgis, dum Consiliarius audis
Intimus & summus, sic moderante DEO.
Virtutis comes est certissima gloria, perpes
Asolet umbra velut corporis esse comes.
Hancce novam Tibi nunc grator, lætante Camæna,
Sortem, exultanti gaudeo corde mihi.
Aggredere ô felix, & munia jussa capesse,
Munia non cuivis aggredienda Viro,
Quæ curæ fideique Tuæ transmittit habenda
Princeps, quo nunquam justior ullus erit.
Sic precor ipse DEum, qui TE hoc dignatur honore,
Adjiciat vitæ tempora longa Tuæ;
Et tua Sacrato moderetur pectora flatu,
Ut multâ patriæ commoda fruge feras.
Vive, HEDERICE, Tui spes optima Principis, atque
Totius Imperii, vive, valeque diu.



LICHTS HENRICI KESLERI

113585